Año. 9.° Jueves 4 de Setiembre de 1862. N.° 17.

†

# BOLETIN ECLESIÁSTICO

DEL

# OBISPADO DE SALAMANCA.

Esta publicacion oficial, que solo se hace para las Iglesias y Párrocos de las diócesis, saldrá dos veces al mes en los dias que el Prelado dispusiere. Las reclamaciones se dirigirán á la Secretaría de Cámara del Obispado

## SECRETARIA DE CÁMARA DEL OBISPADO.

Desde el dia primero de Setiembre hasta el quince del mismo estará abierta la matrícula para el curso académico de 1862 á 1863 en el Seminario Conciliar de esta Ciudad. Durante este tiempo se verificarán los exámenes ordinarios para la primera matrícula, y los extraordinarios para la prueba del curso anterior de los alumnos que quedaron suspensos ó no fueron examinados en los ordinarios celebrados al fin del mismo. Los Seminaristas internos ingresarán en el Establecimiento el dia 16 por la tarde para asistir á la inauguracion de los Estudios que tendrá lugar al siguiente dia 17.

Por acuerdo de S. S. I. el Obispo mi Señor. Salamanca 21 de Agosto de 1862.=*Lic Anastasio Leal*, V. Secretario.

Universidad Pontificia de Salamanca

## CONFERENCIA MORAL PARA EL JUEVES 25 DE SETIEMBRE.

¿Quid debent filiis parentes quoad corpus? An teneatur mater lacte proprio prolem alere? Quoad animam ¿quænam sunt illorum obligationes?

*Dr. Josephus a Cuesta.*

## MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA.

Negociado 1.º—Circular.—Ilmo. Sr.: Habiendo ocurrido dudas sobre si los Boletines eclesiásticos que publican los Prelados en algunas Diócesis, con objeto de dar á conocer á sus subordinados las disposiciones gubernativas que adoptan, deben llenar la formalidad de presentar editor responsable, la Reina (q. D. g.) se ha servido resolver por conducto del Ministerio de la Gobernacion, que se considere publicacion oficial el referido Boletin, aplicándosele en consecuencia lo dispuesto en el artículo 100 de la ley de 13 de Julio de 1857, por el cual se esceptúan las de este género de las formalidades que requieren las publicaciones de índole privada. De Real órden lo comunico á V. I. para los efectos que hubiere lugar en esa Diócesis, debiendo al mismo tiempo encarecerle la conveniencia de que los impresos de esta clase, se encierren cuidadosamente en el objeto de su instituto, no dando cabida á polémicas ni á insercion de artículos que directa ó indirectamente versen sobre política ú otros objetos dis-

Universidad Pontificia de Salamanca

tintos de su especialidad, por los conflictos y dificultades que el hacer lo contrario puede engendrar, con detrimento de los verdaderos intereses de la Iglesia y menoscabo del prestigio del Episcopado, que tanto interesa conservar en una esfera superior al campo de las agitaciones de partido.

Dios guarde á V. I. muchos años. Madrid 12 de Julio de 1862.—Fernandez Negrete.—Sr. Obispo de Salamanca.

*Reciente declaracion de la S. Congregacion del Concilio sobre la 2.ª misa, y su aplicacion en los casos, que tiene lugar, con el informe del Consultor Ponente que la precedió.*

## SALAMANTINA.

*Die* 22 *Februarii* 1862.

Episcopus Salamantinae Dioecesis in Hispania in relatione Status Ecclesiae suae ad hanc S. Congregationem die 27 Septembris 1857 transmissa, sequentia exposuit.

«Ducentae circiter Paroeciae in hac Dioecesi extant, «quae aliam Ecclesiam Filialem sibi adnexam habent, «in qua Parochus diebus Dominicis et Festis per an«num secundam Missam celebrat: et circa hanc con«suetudinem diversa dubia suboriuntur, super quibus «declarationem necessariam á Sacra Congregatione «humiliter expostulo. Et primo animadvertere debeo «quod fidelium numerus juxta has Ecclesias commo«rantium valde varius est: in aliquibus sunt quinque «aut decem, in aliis, ducenti immo et sexcenti. Dis-

Universidad Pontificia de Salamanca

«tantia a Matrice modo ad milliarum non attingit, «modo sunt duo, tria aut quatuor milliaria. Valde «difficile foret etiam post exquisitam investigationem «definire utrum hae Ecclesiae nunc filiales, fuerint «aliquando Ecclesiae matrices, seu verae Paroeciae.

«Quaerebat igitur: 1. Utrum hæc consuetudo se- «cundam Missam celebrandi toleranda sit in omnibus «praedictis Ecclesiis adnexis, ubi hic mos ita invaluit «ut populus etiam jus ad illam exigendam existimet «se habere.

«2. Utrum Parochus necessario debeat illam secun- «dam Missam applicare pro populo sicuti primam, «vel liberam retineat illius applicationem cum stipen- «dio.

«3. Utrum licentiam dare queat Episcopus ad illam «secundam Missam celebrandam in casibus similibus «et in locis ubi talis consuetudo usque adhuc non «invaluit.

«4. Utrum praesertim praedictam licentiam conce- «dere possit tempore collationis Messium, cum pluri- «mi operari in uno praedio seu villa concurrunt, qui «certe Missam non audient nisi Parochus secundam «in eo loco dicat, ex eo quod alius sacerdos ad illam «dicendam haberi non possit.

Ut securiori via ad huiusmodi proposita dubia re- solvenda S. Congregatio procederet visum est eum- dem Episcopum rogare, ut magis praecise referret de omnimoda deficientia Sacerdotum, ac mediorum, quibus per alium celebrari posset in filialibus eccle- siis; et utrum Ecclesiae modo filiales nuncupatae dotem aliquam seu congruam distinctam a Matrice haberent, perquisitis ea propter actis curiae ac SS. Visitationum.

Promoto tunc interea temporis Salamantino Prae- sule ad Burgensem Archiepiscopatum, ipsius successor

Universidad Pontificia de Salamanca

hodiernus antistes iniuncto mandato satisfecit, literis 25 Maii 1859 ad H. S. O. transmissis in quibus haec habet.

«Praedecessoris nostri, inquit, mens ni fallor in «primo postulati dubio fuit interrogare de iteratione «Sacrificii de qua loquitur Benedictus XIV lib. 6. «cap. 8. num. 2. et 3. Synodi Dioecesanae, ubi haec «habet. Quidquid vero sit de huiusmodi Theologorum «quaestionibus, hodie unus dumtaxat superest casus «quo sacerdoti fas est uno eodemque die geminum «offerre sacrificium, si nempe idem Parochus duarum «Parochiarum curam gerat, quae ad invicem longo «satis intervallo dissocientur, ex quo fiat, ut vix, «aut ne vix quidem utriusque Paroeciae populus in «unam se conferre possit ecclesiam ad Sacrum au- «diendum. In quo rerum statu concors omnium opi- «nio est, Parochum nedum posse sed plane teneri bis «eodem die Missam celebrare, ac postquam in una «Parochia Missam expleverit, ad aliam accedere, ne «alterutrius Ecclesiae populus die festo a Sacro au- «diendo excludatur. Attamen praefati Summi Ponti- «ficis verba ad mentem Suae constitutionis *Declarasti* «*Nobis* sunt intelligenda, in qua aperte tradit: tunc «solummodo permitti potest die festo Missarum cele- «brationem iterari ne alterius Parochiae populus so- «lemni Sacrificio careat, cum nemo praeter Parochum «adest qui in altera ex Parochiis celebrare valeat. «Ast ubi alii suppetunt Sacerdotes qui in secunda «Parochia rem divinam facere possint, praedictae dis- «ciplinae indulgentiae locum non habet.

«Hac in Dioecesi sicuti in Hoscensi quae Consti- «tutionis Benedictinae occasionem dedit, aliisque His- «paniarum quam plurimis, multi sunt casus duarum «Parochiarum, quae sub uno eodemque Rectore ab «antiquo sociatae sunt, et in ambabus a Parocho

Universidad Pontificia de Salamanca

«diebus festis Missae Sacrificium celebratur. Cum «autem praelaudatus Pontifex nomen Parochiae ad«hibeat in his textibus, existimavit, ut opinor, Ante«cessor Noster, vocem hanc stricte esse intelligendam, «ita ut permissio duplicem Missam celebrandi solum«modo locum habeat in illis Parochis quibus duarum «Parochiarum disiunctarum seu stricte sumptarum «cura iniuncta sit, non vero erga eos qui licet duorum «populorum vel ecclesiarum regimen gerant, una «tantum sit stricte dicta Parochia ex duobus populis «seu ecclesiis composita, cuius altera matrix, altera «vero filialis seu adnexa dicitur, cuius generis abs «dubio sunt huius Dioecesis ecclesiae, unius eiusdem«que Pastoris regimine subiectae.

Deinde ita pergit: 1. Omnibus nota est omnimoda «deficientia Sacerdotum qui ecclesiis filialibns seu ad«nesis modo supra exposito, tanquam Parochorum «coadiutores, inservire, vel saltem in diebus festis «celebrare possint. Ob vicissitudines quas passa est «Hispana Ecclesia tantopere imminutus est clericorum «numerus, ut propter eorum inopiam frequenter co«gantur Episcopi eidem Parocho praeter propriam «aliam Parochiam distinctam committere, donec de «idoneo provideatur Rectore. Hisce in angustiis quo«modo invenientur qui in ecclesiis fialialibus seu ad«nexis diebus festis Missam celebrent?

«2. Non minore notorietate constat de deficientia «mediorum ad clericos in hisce adnexis Ecclesiis «alendos; quae quidem caussa fuit saeculis elapsis, «cur hae ecclesiae modo filiales nuncupatae alteri ad«necterentur seu consociarentur, ut ab uno eodemque «Parocho regerentur; et ita congruam sustentationem «Parochus haberet. Si enim hoc factum est; quando «Ecclesia Hispana decimarum aliarumque obventionum «jure potiebatur, quomodo in praesentiarum ad eges-

Universidad Pontificia de Salamanca

«talem redacta, provideri potest filialibus Ecclesiis de «Sacerdotibus, qui diebus festis in illis Missam ce«lebrent?

«3. Olim congrua Parochorum, qui duas Ecclesias, «matricem nempe et filialem regebant, ex decimis «seu ex fructibus amborum populorum constituebatur, «nunc vero quantitas pecuniaria decimarum subroga«tione assignata est, et pro congrua Parochi et pro «fabricae seu cultus necessitatibus singulis Parochis «assignata est quantitas certae pecuniae justa Paro«chiarum quadruplicem classem seu categoriam, quin «majorem dotem recipiant qui duas Ecclesias, matri«cem scilicet et Filialem regunt, quam qui unam «tantum Ecclesiam sive populum; cum nulla ratio «habeatur harum adnexarum Ecclesiarum ad Parochi «sustentationem definiendam. Uno verbo: Parochi qui «duorum populorum vel ecclesiarum canonice et per«manenter adnexarum atque unicum beneficium cons«tituentium curam gerunt, eamdem congruam perci«piunt ac alii qui uni tantum populo vel Ecclesiae «praesunt, si intra eamdem categoriam adnumerentur. «Idem accidit in dotatione pro fabricis assignata, «quae quidem in primo casu sumptibus duarum «Ecclesiarum applicatur, in secundo vero uni tantum «Ecclesiae, licet eadem sit pecuniae quantitas.

Hactenus Episcopus, vel potius Episcopi, nunc ergo ad rem propositam.

Liquido constat ex Historiae Ecclesiasticae monumentis a primis Ecclesiae temporibus usum obtinuisse, ut Sacerdotes pluries una eademque die Divina Mysteria celebrarent. *Christianus Lupus in Scholiis ad decr.* 1. *Alex. II. tom.* 3. *operum fog.* 197 *edit. venet. Edmundus Martene de antq. Eccles. ritib. l.* 1. *cap.* 5. *art.* 3 *Card, Bona cer. liturg. lib.* 1. *cap.* 18. § 5. *et seqq. Pontas in dictionar. cas.*

Universidad Pontificia de Salamanca

*conscient. v. Missa. casu* 15. Donec sive sub Leone IV. ann. 847, ut nonnulli opinantur, sive sub Alexandro II. ultra dimidium saeculi undecimi, seu potius sub Innocentio III. anno 1212. sacrum uno eodemque die iterari sacerdoti vetitum fuit. Interrogatus enim laudatus Pontifex a Wigornien. Episcopo «*Utrum Presbyter duas Missas in eadem die valeat celebrare?* respondit (cap. consuluisti. 3, de celebr. Miss.) *Excepto die Nativitatis Dominicae, nisi causa necessitatis suadeat, sufficit sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare.*» Quo in capite cum verbum *sufficit* non simplex consilium contineat, nec convenientiam aliquam commendet, sed veram necessitatem verumque praeceptum inducat, uti aperte docet Benedictus XIV. in Sua Constitutione ad Oscensem Episcopum «*Declarasti Nobis*» jure consecutum est, ut Innocentiana responsio naturam verae legis induerit, quam deinde observandam universa mandavit Ecclesia, excepta tantum causa necessitatis, quae eodem die iterari sacrificium postularet. Quaenam porro hujusmodi debeat esse necessitas, non parum inter Doctores disputatum est, praesertim cum Glossa ipsa in cit. cap. *Consuluisti* hujusmodi *necessitatis* causae causam addiderit *honestatis* vel *utilitatis* (dummodo res sit non de utilitate celebrantis sed Missam audientis. *Abbas in dict. cap. num.* 2. *aliique.* Hodie vero praesertim post memoratam Benedictinam Constitutionem, communis est Theologorum sententia, qua necessitatis casus ad Missam eodem die iterandam is in praxi reputetur, quo Presbyter duas Paroecias habeat, et in alterutram Parochiam nequeat populus convenire, nec alius praesto sit Sacerdos praeter Parochum qui Missam valeat celebrare. Nec absimilis ad hunc effectum repatatur esse etiam casus, quo Parochus etsi minime praesit duabus Paroeciis,

Universidad Pontificia de Salamanca

*vel* duos tamen regat populos adeo inter se dissitos, ut alter ipsorum Parocho celebranti nullatenus adstare valeat ob maximam locorum distantiam; *vel* tametsi una tantum sit Ecclesia in qua Missa a Parocho iteranda sit, universus tamen populus in ea insimul adesse non possit. *Hi quippe duo casus eodem jure censendi sunt* uti post Theophilum Raynaudum *tom.* 17. *Oper. edit. Lugdun. pag.* 8., animadvertit laudatus Pontifex Benedictus XIV. in cit. sua ad Episcopum Oscensem Constitutione. Iis ergo occurrentibus circumstantiis, omnino deficiente alio Sacerdote qui aliud Sacrificium offerre valeat, legitima, justa hodiernam Ecclesiae disciplinam, aderit iterandi Sacrificii necessitas. Quacumque propterea alia causa remota *sive* ex deficientia mediorum quae suppeditandae alio Sacerdoti pro Missae Sacrificio eleemosynae non sufficiant, *sive* ex quacumque consuetudine etsi vetuxtissima, quae adduci aliquando potuit, uti revera obtinebat in casu Benedictinae Constitutionis relate ad Parochos Oscensis Dioecesis, sacrificium iterare Parocho non licebit, uti doctissime demonstratum est ab Emmo. Zelada in voto quod edidit in *Dertusen.* 20. *Augusti* 1768. In quo nonnullae etiam afferuntur resolutiones hujus S. Congregationis, ex libris Decretorum desumptae quibus H. S. O. ob deficientiam supradictae necessitatis constanter iterando sacrificio locum non esse respondit.

Iis positis, ad ea modo veniam quae propius attingunt dubia ab Episcopo Salamantino proposita. Nihil ipse in praemissis ad sua dubia habet de vera deficientia alterius sacerdotis, praeter Parochum, qui secundam Missam celebrare valeret in Filialibus Ecclessiis, sed in medium solummodo profert quandam consuetudinem qua per ipsos Parochos Missae Sacrificium iteratur. Praesul vero qui eadem modo regit

Universidad Pontificia de Salamanca

Ecclesiam, jam ab initio suarum litterarum mentem Praedecessoris sui explicans juxta tramites actualis ecclesiasticae disciplinae super iteratione Sacrificii, non in vim consuetudinis resolutionem dubii ab EE. VV. rogat, sed ex deficientia Sacerdotum, quae necessariam reddere videtur Sacrificii iterationem.

Generica nimis existimari forsan deberent ea quae laudatus Episcopus refert de hujusmodi defectu Sacerdotum. Cum enim, ut superius videre est in suis literis, de universali loquatur imminutione Clericorum in Hispania, quam *omnibus notam* esse ait, dubitari adhuc posse videtur, utrum reapse in omnibus supradictis Ecclesiis, vel in aliquibus saltem, absolute deficiat Sacerdos, qui secundam Missam possit celebrare. Viderint tamen EE. VV. utrum ex ipsa universali deficientia sacerdotum, qui *in Ecclesiis filialibus seu adnexis tamquam Parochorum coadjutores inservire, vel saltem in diebus festis celebrare possint,* satis certo argui valeat, eam praecise adesse in casu *necessitatis causam*, quae ad iterandum Sacrificium requiritur.

Ceterum Filialium a Parochiali Ecclesia distantia ab uno circiter lapide usque ad tria et quatuor milliaria protenditur, et fideles etsi in multis Ecclesiis usque ad biscentum et sexcentum ascendant, in nonnullis tamen nonnisi quinque vel decem tantum reperiuntur. Qua peculiari circumstantia motus, recolendum esse duxi responsum ab Emmis. Patribus editum 12. *Januarii* 1847 in *Lingonen.* per summaria precum proposita. Agebatur pariter in supplici libello Lingonensis Episcopi de consuetudine qua nonnulli animarum pastores Missam iterabant eodem die, et insimul proponebatur, adesse quandam Communitatem uno circiter milliario a Parochiali separatam, et viginti circiter personis constantem; dupplici proinde

Universidad Pontificia de Salamanca

responsione preces dimissae fuere, nempe «*Scribatur Episcopo ut concedat bis Missam celebrandi licentiam, quatenus eae circumstantiae et praecisae necessitatis casus concurrant, quos Bened. XIV. in Sua Constitutione =Declarasti Nobis= requirit, in casu vero quem idem orator* (Episcopus) *proponit licentiam esse concedendam*». EE. VV. ergo sapientiae erit judicium ferre, utrum dubia Salamantini Episcopi eamdem mereri valeant responsionem.

Nunc expendenda veniunt quae in supra memoratis casibus peculiariter respiciunt vel obligationem Missae pro Populo vel iteratae Missae stipendium.

Extra omnem controversiam positum est, animarum curatores, sive Parochi proprie dicti fuerint, sive Vicarii Perpetui Ecclesiarum Parochialium, aut etiam ad nutum amovibiles et brevi etiam tempore curae animarum addicti, jure divino teneri Missam applicare pro populo sibi commisso, *Conc. Trid. Sess.* 23. *cap.* 1. *de Reform. Bened. XIV, Constitut. Cum semper oblatos* §. *qui enim*, et passim S. Congregatio in Thesauro Resolutionum. Quod quidem onus ita ipsis inhaeret, ut magna etiam occurrente exiguitate redituum, nonnisi de speciali facultate ab applicatione Missae, statutis diebus, valeant dispensari, eaque insuper adjuncta lege, ut infra hebdomadam totidem ipsi Missas applicare teneantur pro populo, quot in Festis propio aliquo Benefactore elemosynam offerente celebraverint.

Hac posita obligatione, non raro ab hac Sacra Congregatione quaesitum est quid relate ad Missam pro populo ab iis Parochis foret observandum, qui duabus Paroeciis essent addicti et constanter H. S. O. respondit hujusmodi Parochos minime solutos esse a Missae applicatione pro utriusque Parochiae populo, nisi forte Paroeciae plenaria et extinctiva fuerint

Universidad Pontificia de Salamanca

unione conjunctae, ceu formiter discusso articulo declaratum habetur *in Lucen. Applicationis Missarum pro populo* 12. *Martii* 1774, in qua proposito dubio «*An Parochi duabus Ecclesiis parochialibus praepositi teneantur Dominicis aliisque Festis diebus Missam in unaquaque Ecclesia sive per se sive per alios applicare pro populo in casu* = Eminentissimi Patres responderunt» *affirmative, exceptis tantum Parochiis unitis unione plenaria et extinctiva, et scribatur Episcopo juxta instructionem* «Instructio vero continebat, S. Congregationem *nunquam dubitasse, quod Parochi teneantur applicationi supradictae Missae pro populo singulis diebus Dominicis et Festis in unaquaque ex Ecclesiis Parochialibus, quae vel aeque principaliter vel subjective conjunctae sunt, atque incorporatae; cum applicatio unius tantummodo Missae pro populo locum habeat in iis parochialibus, quae invicem adeo unitae, conjunctae, atque incorporatae sunt, ut ex duabus una prorsus cum extinctione tituli alterius evaserit.* Nec secus ab hac doctrina judicatum fuit in *oveten.* 18 *Nov.* 1826, etsi Eminentissimi Patres decreverint, Parochum Ecclesiarum *S. Mariae in Campos et SS. Salvatoris de Salave* Ovetensis Dioecesis ad duplicem applicandam Missam non teneri. Eo enim in Casu agebatur de Ecclesiis a *ducentis annis* ita inter se unitis, ut licet in unaquaque Ecclesia indipendenter ab altera praecipua exercerentur Parochialia jura, unus tamen erat populus. Qua ratio ne ductus Episcopus ipse ajebat «*non possum non asserere Convenientissimum fore, ut non binas, sed unicam tantum Missam pro populo.... Parochum applicare teneri Sacra Congregatio decernat*»; merito igitur Eminentissimi Patres in Episcopi vota cesserunt.

(*Se continuará.*)

Universidad Pontificia de Salamanca

*Continúa la lista de los donativos hechos en esta diócesis á favor del Sumo Pontífice.*

| | Rs. | Cén. |
|---|---|---|
| *Suma anterior.* . . . . . . | 117835 | 21 |
| Un Párroco de esta capital. . . . . . . . . . . . | 100 | |
| D. Timoteo Mesonero. . . . . . . . . . . . . . . | 40 | |
| Varios sugetos de esta ciudad y entregado en Roma. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 920 | |
| El Párroco de San Julian de la Valmuza. . . . . | 19 | |
| D. Angel Perez. . . . . . . . . . . . . . . . . . | 40 | |
| El Párroco de Encinas de Abajo, por Agosto. . . | 10 | |
| D. Felipe Teigeiro, por id. . . . . . . . . . . . | 19 | |
| El Párroco de Tabera de Abajo. . . . . . . . . | 57 | |
| TOTAL. . . . . . | 119150 | 21 |

*Lic. Anastasio Leal,* V. Srio.

Han terminado felizmente los ejercicios espirituales del Clero con el mayor contento y satisfaccion de todos los sacerdotes que han concurrido. Los PP. Lobo y Bombardó los han dirigido con el celo é ilustracion que les distingue, y nuestro Ilmo. Prelado que, acompañado de un gran número de capitulares ha asistido todos los dias por mañana y tarde, ha visto con complacencia el recogimiento que han manifestado todos los ejercitantes, y la asistencia puntual del Clero de la Ciudad, que no ha morado dentro del Seminario. En el último dia celebró la santa Misa, dió á todos la comunion, verificándose despues con edificacion general la renovacion de la obediencia hácia el Prelado. Tan santos ejercicios han

Universidad Pontificia de Salamanca

concluido con una tierna exhortacion, que dirigió el Prelado á sus muy amados sacerdotes, sobre los deberes de su ministerio, y un breve discurso en que á nombre de todos dió las gracias á S. S. I. y PP. Directores el Sr. Penitenciario de esta Catedral.

## AVISOS.

1.° Ha fallecido el dia 20 de Agosto D. Antonio Calzada, Párroco del Escurial, inscripto en la hermandad de sufragios mútuos con el número 218. Los Sres. Asociados se servirán aplicar por su eterno descanso una misa y tres responsos.

2.° Tambien tenemos el sentimiento de anunciar el fallecimiento del Dr. D. Ignacio Buitrago, Dean de esta Catedral, ocurrido el dia 28 del mismo mes despues de una larga enfermedad. Por su carácter apacible, su instruccion y los servicios prestados á la Iglesia así en esta Diócesis como en las de Zamora y Ciudad-Rodrigo, donde desempeñó los cargos de Magistral y Dean respectivamente, se habia hecho recomendable á todos, y gozaba de un aprecio general. Roguemos á Dios por su eterno descanso.

3.° En la parte oficial del Boletin eclesiástico de Barcelona, núm.° 237, correspondiente al dia 5 de Julio último, se ha publicado un decreto del tenor siguiente:

«Gobierno eclesiástico de la Diócesis de Barcelona.=Habiendo pasado á la censura el folleto *¿Qué ha hecho Roma de la Iglesia de Jesucristo?* publicado en Madrid en la imprenta de *La Verdad*, año de 1862; y resultando que el escrito es impío, sedicioso, *piarum aurium offensivo*, por imputar á la Curia romana crí-

Universidad Pontificia de Salamanca

menes que jamás ha cometido, por interpretar mal textos de la Sagrada Escritura y callar otros que aclaran la verdad, venimos en prohibir el mencionado folleto, privando en su consecuencia la lectura y retencion del mismo, y mandamos á los reverendos Curas párrocos que, *inter missarum solemnia*, publiquen á sus feligreses esta nuestra prohibicion, y prevengan á estos que entreguen los ejemplares que retengan, para inutilizarlos luego de recogidos. Barcelona 4 de Julio de 1862.—Juan de Palau y Soler, Gobernador eclesiástico.»

## NOMBRAMIENTOS.

El Dr. D. Camilo Alvarez de Castro, Chantre de esta Santa Iglesia Basílica Catedral, ha sido nombrado socio correspondiente de la Real Academia Española.

El Sr. Dr. D. José de la Cuesta, Lectoral de la misma Santa Iglesia, ha sido nombrado Monseñor Prelado doméstico de Su Santidad, cuyo breve de nombramiento ha sido remitido al Ilmo. Sr. Obispo de esta Diócesis por el Emmo. Sr. Cardenal Antonelli, Secretario de Estado del Santo Padre, acompañado de una finísima carta en elogio del agraciado.

S. S. I. el Obispo mi Sr. se ha servido nombrar Vocal Eclesiástico de la Junta provincial de instruccion pública á D. Pablo Alonso, Canónigo de esta Santa Iglesia.

Ha sido nombrado examinador sinodal de este Obispado el Dr. D. Antonio García Fernandez, Canónigo Magistral de la misma Santa Iglesia, y

Tambien han sido nombrados Monseñores Capellanes Secretos de honor de Su Santidad, los Licenciados D. Manuel Quiroga y D. Anastasio Leal, Secretario y Vice Secretario de Cámara de este Obispado.

Universidad Pontificia de Salamanca

## ADMINISTRACION ECONÓMICA DE ESTA DIÓCESIS.

Segun la costumbre que viene observándose en esta Diócesis, debe recaudarse en todo el próximo mes de Setiembre la limosna de cruzada y de indulto de la predicacion del corriente año. Y deseando evitar por este concepto vejaciones y gastos de apremio á los Ayuntamientos y espendedores nombrados por ellos, se les encarga que procuren presentarse oportunamente en esta oficina á liquidar su respectiva cuenta, con entrega del producto de los sumarios espendidos y devolucion de los sobrantes.

Los Sres. Párrocos y Ecónomos se servirán participar este aviso á los interesados para que no les pare perjuicio su ignorancia.

Salamanca 24 de Agosto de 1862.=El Administrador, *Pedro Rodrigo Yusto.*

## ANUNCIO.

Clave de Teología Moral, *en alivio del estudiante*, por D. Domingo Diez, presbítero, Cura propio de la parroquia de Casa de la Reina. Este libro es sumamente útil á los que aspiran al sacerdocio; pues, si bien debe considerarse como un compendio en razon á su volúmen, abraza sin embargo todas las materias que contienen las obras latas de Moral; y su método es tan claro y sencillo, que apenas necesita explicacion. En la doctrina, siguiendo en lo posible al Padre Lárraga, se ha tenido por guia principalmente á S. Ligorio y sus compendiadores; y en el lenguaje se ha preferido la claridad á la elegancia. Es un tomo de más de 600 páginas encuadernado á la holandesa y se despacha en Logroño á 28 rs.

Imprenta de D. Telesforo Oliva.

Universidad Pontificia de Salamanca